Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



teram nauigij rete: et inuenietis. Miserunt
g̃: et iam non ualebant illud trahere pre mul
titudine piscium. Dicit g̃ discipulus ille quē
diligebat ihs petro. Dominus est. Symō pe
trus cum audisset quia dn̄s est tunica succin
xit se: erat enim nudus et misit se in mare.
alij autem discipuli nauigio uenerunt. Nō
enim longe erant a terra: sed quasi cubitis du
centis trahentes rete piscium. Ut enim descen
derunt in terram: uiderunt prunas positas: et
piscem suppositum et panem. Dicit g̃ eis ihs.
Afferte de piscibus: quos prendidistis nūc. As
cendit g̃ symon petrus et traxit rete in terram
plenum magnis piscibus: centum quinqua
ginta tribus. Et cum iam tanti eēnt: non est
scissum rete. Dicit eis ihs. Uenite prandete.
Et nemo audebat discumbenciū interrogare eū
tu quis es. scientes quia dn̄s est. Et uenit ihs et
accepit panem et dedit eis: et piscem similiter.
Hoc iam tercio manifestatus est ihs discipu
lis suis cum resurrexisset a mortuis. Feria. v.
In diebus ill': Angelus domini actuū aplor.
locutus est ad philippum dicens. Surge et ua
de contra meridianum ad uiam que ducit ab
ierl'm in gazam: hec est deserta. Et surgens
abijt. Et ecce uir ethyops eunuchus potens